

Francigenis et Principatis <sup>(a)</sup> et cum Persis et Medis et per misericordiam Dei semper vitor extitit <sup>(b)</sup>.

In ipsis <sup>(c)</sup> diebus Franci apprehenderunt civitatem Antiochiam, Tharso, Manifesta, Adena, Laodickia <sup>(d)</sup> et sanctam civitatem Ierusalem et Ioppem. hec <sup>(e)</sup> omnes excusse sunt <sup>(f)</sup> de potestate Persarum et alie multe <sup>(g)</sup>.

[*Additio secundum D.*].

Manuel, filius eiusdem Iohannis, regnavit ann. \*\*\*. et sepultus est in pila porfiretica, in monasterio, quod Pantocratora vocatur. eo vivente coronaverat Alexium filium suum.

Manuele defuncto imperatore filioque eius Alexio adulescentulo <sup>(h)</sup>, sceptra regni per tutores suos tenere, cui etiam pater suus non multo tempore ante <sup>(i)</sup> regem Francie Phylipi germanam desponsaverat. surexit quidam de sanguine eius Andronicus, impius et scelestus tiranus, quod per <sup>(k)</sup> vim primitus a predicto <sup>(l)</sup> Manuele de regno Grecie fuerat profugatus. hicque auxilio Turcorum et aliarum gentium imperium Costantinopolitanum invasit, regeque <sup>(m)</sup> puero et tutoribus eius occisis, ipse sex pene annis tyranidem in Grecia exercuit. sub eodem denique imperium Grecie

[*Additio secundum S.*].

Manuel imperator imperavit an. .XXXVIII. et mortuus fuit in mense septembri, et sepultus est in pila marmorea, in ecclesia Pantocratore.

Filius eius Alexius imperavit an. .III. Andronicus vero suffocavit eum et eiecit in mare.

15

20

Andronicus imperavit an. .II. et mens. .VIII. fuit occisus et deritus et suspensus est in eupodromo: postea fuit sepultus in monasterio de Emphoro.

30

(a) *S D Va* pincinatos (b) *D* fuit (c) *D Va* huius (d) *Va* Laadikya (e) *Va* he  
(f) *Va* excusserunt *D* has omnes excuserunt (g) *D* alias multas *In Va manca il resto.*  
(h) *D* adulescentule (i) *D* ant (k) *D om.* per (l) *D apud dicto* (m) *D regemque*